MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80480-14

AUTHOR:

GOTTLING, KARL WILHELM

TITLE:

C. GOETTLINGI COMMENTARIOLVM DE...

PLACE:

IENAE

DATE:

[1859]

Master Negative #

92-80480-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Göttling, Karl Wilhelm, 1793-1869.
...C. Goettlingi commentariolvm de veneno Stygis qvod Aristoteles fertvr misisse Alexandro. Ienae, prostat in Libraria Braniana, [1859].
6 p. 24½ x 22 cm.

"Index scholarvm Hibernarvm ... in Vniversitate Litterarvm Ienensi"... 1859

Volume of pamphlets

130916

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 13X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3/11/92 INITIALS TM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

(Ex l'ibr) no. 8

[Sophocles Antigone

8

INDEX
SCHOLARVM AESTIVARVM

PVBLICE ET PRIVATIM

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM IENENSI

INDE A DIE II M. MAII VSQVE AD DIEM XXXI M. AVGVSTI A. MDCCCLVIIII

HABENDARVM

AVCTORITATE

PRORECTORIS MAGNIFICI

MATTHIAE IACOBI SCHLEIDEN

IVRIS VTRIVSQVE MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS MEDICINAE PROFESSORIS P. O.

ET

SENATVS ACADEMICI

EDITVS.

PRAEMISSVM EST

C. GOETTLINGII COMMENTARIOLVM I

DE DIVERBIO NVNCII ET CREONTIS IN SOPHOCLIS ANTIGONA.

IENAE

PROSTAT IN LIBRARIA BRANIANA.

Sophocles quum omnia egregie in Antigonae tragoedia administraverit, tum nihil videtur pulchrius pinxisse quam morum descriptionem. Quam commode id etiam in tritagonistarum personis perfecerit illa diverbii pars satis demonstrat, in qua nuncius et Creon inter se colloquuntur. Videtur tamen praecipue in hac ipsa parte codex archetypus vitia quaedam contraxisse interpolationesque adeo perpessus esse. Histriones talia ausos fuisse in tragoediis graecis dudum perspexerat Valckenaerius ad Eurip. Phoen. v. 1286, cui luculenta quaedam exempla ex ipsis antiquis scholiis petita nuper addidit C. G. Cobetus Novv. lectt. II. p. 297. Videamus igitur an singulis in locis huius diverbii Sophoclis manum restituere nobis contingat. Ac primo statim versu mirari subit quod lectionem veram quam solus videtur Aristoteles conservasse commemorare praetermiserint omnes editores praeter G. Dindorfium. Philosophus enim Rhet. III, 14. sic: *πάντες γὰρ ἢ διαβάλλουσιν ἢ φόβους ἀπολύονται ἐν τοῖς προοιμίοις·*

> ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως σπουδῆς ὕπο —
>
> τί φροιμιάζῃ; —

Σπουδῆς enim quod unice verum est, non *τάχους*, legisse etiam scholiastam apparet ex verbis eius: *οὐ τοῦτο λέγω ὅτι μετὰ σπουδῆς ἀσθμαίνων πρὸς σὲ πορεύομαι.* *Σπουδῆς* autem recte habet propterea quod *τάχος* est celeritas, qua se usum postea ipse dixit nuncius sed ita tamen usum ut primo quidem se festinasse diceret, mox tamen rei periculo pensitato, retro se converteret eadem festinatione; quod quum aliquoties fecisset vere postea dicere poterat se *ὁδοῖς κυκλοῦντα* fuisse. Igitur non defuit ei *celeritas* in conficienda ultro citroque via, sed defuit *studium* (*σπουδή*) quo factum est ut postea dicat: *ἤνυτον σχολῇ ταχύς* quae certissima lectio est a scholiasta conservata quam miror a Wundero potuisse retorqueri in codicis lectionem *σχολῇ βραδύς.* Ceterum ex Aristotelis verbis quae supra posui satis apparet duo prooemiorum genera voluisse proferre philosophum, alterum quo *διαβάλλουσιν* tragoediarum personae, alterum quo *φόβους ἀπολύονται.* Ad alterum igitur genus pertinere voluit illud prooemium, quo nuncius utitur in Antigona, ad alterum aliud prooemium quod primis tantum verbis significare sategit: *τί φροιμιάζῃ.* Atque hoc sine dubio pertinet ad Euripidis Iphig. Taur. 1162. quo Thoas Iphigeniae tergiversantis prooemium sic interrumpit impatienter: *τί φροιμιάζῃ νεοχμόν; ἐξαύδα σαφῶς.* Videmus igitur Bergkium errasse quum in Antigona v. 241. ex Aristotele *τί φροιμιάζῃ* legendum esse censeret pro *εὖ γε στοχάζῃ.* Illud enim *εὖ γε στοχάζῃ* rectissime habet apud Sophoclem; nihil enim significat aliud quam *Lang zielst du* (nempe priusquam telum tuae orationis emittis. Is enim qui accurate (*εὖ*) emissurus est telum diu speculari antea solet quo emittat tutissime).

Sed cursum teneo. V. 233 sq. nunc sic leguntur:

τέλος γε μέντοι δεῦρ' ἐνίκησεν μολεῖν
σοί· κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ' ὅμως.
τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος
τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον.

In quibus duo sunt inprimis quae a Sophocle dicta esse non possunt, primum illud *σοί* ineptissime adhaerens superiori versiculo, deinde *τὸ μηδέν* pro quo vocabulo *τὸ δεινόν* vel simile aliquod vocabulum exspectaveris; hoc enim sciebat miles, se gravissimum nuncium iam ferre Creonti, cuius gravitas ipsa non eo levabatur, ut dicit Schneidewinus, quod auctorem criminis non potuit indicare nuncius. Alteri noxae medicina non paratur Bergkii coniectura: *σοί, κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσονθ' ὅμως;* sic enim scripsisset Sophocles *καίπερ μηδὲν ἐξεροῦντα* quod quam perversum sit quivis videt; sed id ipsum quod longe peius est, *τὸ μηδέν*, intactum reliquit Bergkius, magis de *σοί* pronominis apta positione sollicitus quam de recta versus sententia. Primo putabam Sophoclem scripsisse *τὸ μὴ ἁδόν* (*τὸ μἠδόν*) vel *τὰ μὴ ἁδόντα*, quo tamen participio praeter Pindarum qui usus sit scio neminem. Nunc vero ineptissimum versum eiciendum esse iudico, qui interpolatus est ab eo, cui deesse videbatur apostropha ad Creontem.

Quae porro sequuntur:

σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτέ του κυνῶν
ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο

sic explicavit scholiasta: *πολλάκις γὰρ καὶ κύνες καὶ λέοντες καὶ ἄρκτοι*

σπαράξαντές τι ζῶον καὶ καταβρώξαντες ὅσον ἐβούλοντο τὸ λοιπὸν κατέχωσαν εἰς δευτέραν τράπεζαν αὐτοῖς γενησόμενον. De hac re ne cogitavit quidem Sophocles; sed nuncius illud quod antea dixerat sibi visum fuisse *θαῦμα δυσχερές* (i. e. inexplicabile miraculum) hac narratione confirmare studuit, ut plane appareret non fuisse homines qui Polynicis cadaver sepelivissent sed factam rem esse deorum quadam providentia atque cura. Mirum erat enim intactum iacuisse corpus a canibus ac beluis, quod de industria addidit nuncius ut se sociosque suos tanquam divinitus obcaecatos excusaret propter negligentiam.

Quod v. **263.** legitur *ἀλλ' ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι* mea quidem sententia mutandum est in *ἀλλ' ἔφασκε μὴ εἰδέναι.*

In iis quae porro narrantur ab nuncio:

ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν
καὶ πῦρ διέρπειν καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν

quasi ordalia quaedam, quae dicuntur medii aevi, apud Sophoclem se detexisse multi fuerunt qui crederent. At eiusmodi iudiciorum apud Graecos ne vestigium quidem invenitur, neque ad haec iudicia ullo modo pertinere possunt ea quae nuncius refert. Narrat enim ille se suosque tum, quum singuli singulos incusarent, paratos fuisse (*ἦμεν ἕτοιμοι*) aut ponderosas moles tollere manibus aut per ignes meare aut summum iusiurandum praestare; quae omnia, si de iudicio quodam publico sermo esset, cui se submissuri erant custodes ut sese purgarent, debebant proferri *ἐσμὲν δ' ἕτοιμοι*; nam si ad iudicium pertinuissent, coram Creonte iudice praestanda erant. Quare intelligenda sunt de more

quodam populari ac rudi, quo ii qui veritatem dicti alicuius asseveraturi erant se, ni ita esset, apud inferos velle summas luere poenas dictitarent.

Atque illud *μύδρους αἴρειν χεροῖν* pertinet ad Sisyphi fraudulenti labores in Orco perferendos, hoc vero, *καὶ πῦρ διέρπειν*, ad Pyriphlegethontis flumen (v. Apollod. frgm. p. **393.** Heyn.), quorum nomina ipsa non profert agrestis atque indoctus homo, de ipsa re magis curiosus quam de fabulosis nominibus. *Μύδρος* autem primaria significatione apud Hesychium est *ἀργὸς σίδηρος* aut *κραταιὸς λίθος* (*λᾶας ἀναιδής* qui dicitur Homero); de massa vel aeris vel ferri candente non usurpatur nisi aut addatur *διάπυρος* velut id factum est ab Anaxagora quum solem diceret esse *μύδρον διάπυρον* (Diog. L. II, 3, 4.), aut si per se res ita sit aperta, ut apud Callim. Dian. **49.** Eorum mydrorum ratio, quibus Phocaeenses usi sunt (Herodot. I, **165.**) et Aristides (Plutarch. v. Aristid. **5.**), plane diversa est ab iis quos Sophocles commemorat, apud quem sursum levantur (*αἴρονται*) *μύδροι*, quum illi demittantur in mare.

LECTIONES

I. ORDINIS THEOLOGORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

ANDR. THEOPH. HOFFMANN, D., *privatim* 1) *Historiam Veteris Testamenti* (vulgo *Isagogen in libros Vet. Test. et canonicos et apocryphos* nominatam) tradet VI dd. hor. XI et 2) in cursu interpretationis LL. *Veteris Test. Iesaiam* exponet sexies per hebd. hor. VII. *Seminarii theologici exercitationes* una cum collegis SS. VV. solito more moderari perget.

CAROLUS AUGUSTUS HASE, D. *privatim* dd. senis hora X *Historiae ecclesiasticae partem priorem* enarrabit, *publice Seminarii theologici exercitationes* una cum collegis SS. VV. moderari perget die Iovis horis vesp. VIII et IX.

IO. CAR. ED. SCHWARZ, D. *privatim* 1) *Artem catecheticam* et *Theologiam pastoralem* tradet h. XI—XII, ter per hebd.; 2) *Selecta S. S. capita in usum homileticum* interpretabitur eadem hora bis p. h. — *Publice* die Merc. h. XII *exercitationes seminarii homiletici*, *catechetici* die Sat. h. XI moderari perget, ita quidem ut cum illis *exercitationes liturgicae* coniungantur.

LEOPOLDUS IMMANUEL RÜCKERT, D., h. t. Decanus, *privatim* 1) *Pauli ad Galatas et ad Corinthios epistolas* enarrabit sen. dd. hora VIII; 2) *Ethicen* theologicam et christianam tradet, sen. dd. h. IX. Praeterea *Seminarii theologici* exercitationes moderabitur una cum Collegis VV. S. VV.

CAROL. LUDOV. WILIBALDUS GRIMM, D. 1) *privatim* cursum interpretationis N. T. denuo auspicaturus *Evangelia Matthaei*, *Marci Lucaeque* interpretabitur *octies* p. h., quotidie hor. VIII—IX et binis diebus hor. II—III. 2) *Encyclopaediam et Methodologiam theologicam* docebit quinquies hora IX—X.

2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

ADOLPHUS HILGENFELD, D. *privatim* 1) *Isagogen historicam criticam in libros Novi Testamenti* docebit quotidie h. IX; 2) *Dogmatum historiam Christianorum* usque ad sacra sec. XVI emendata persequetur quinquies h. XII.

CAROLUS ALBERTUS VOGEL, D. *privatim Evangelium Iohannis* senis diebus hor. VIII—IX interpretabitur et *historiam medii aevi ecclesiasticam* enarrabit sexies per hebdomadem h. X—XI. *Privatissime sed gratis exercitationes exegetico-homileticas* moderari perget hora posthac definienda.

II. ORDINIS IURECONSULTORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

CAR. IUL. GUYET, D. 1) *Doctrinam processus civilis german. commun.*, duce *Martino*, quotidie h. XI—XII et bis h. XII—I explicabit; 2) *Exercitationes processuales* ter per hebd. dieb. Lunae, Mercurii et Veneris hora XII—I instituet.

A. L. I. MICHELSEN, D., h. t. Decanus, docebit *publice* dieb. Lunae, Martis et Mercurii *Ius gentium Europ.* hora X—XI; *privatim* quotidie *Ius Germanicum privatum* hora VIII—IX; *Ius feudale* diebus Iovis et Veneris hora X—XI. Exercitationes *seminarii politici* solito more moderari perget.

HENR. AEMIL. AUG. DANZ, D. *privatim* 1) docebit *Ius pandectarum* sexies per hebd. hor. VIII—IX et XI—XII, librum secuturus: *Puchta: Pandecten*; 2) enarrabit *Historiam iuris Romani* quinquies per hebd. h. IX—X secundum librum: *Danz, Lehrbuch der Geschichte des römischen Rechts.*

HENR. LUDEN, D. *privatim Ius criminale* tam *commune* quam *particulare* senis diebus hor. IX—X docebit.

BURCARD. GUILIELMUS LEIST, D. *privatim* docebit 1) *Institutiones iuris Romani* sexies per hebd. h. XI—XII; 2) *Exercitationes iuris civilis* s. *Pandectarum* bis per h. diebus Mercurii et Saturni hora X—XI instituet.

CAR. GUIL. ERN. HEIMBACH, D. *Ius privatum Saxonicum* et *processum civilem Saxonicum* libros a se editos secuturus hora II pomeridiana *privatim* docebit.

THEOPH. CHRIST. SCHÜLER, D. *Ius criminale* docebit quotidie h. VIII mat.

2. PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

FRIDERICUS DE HAHN, D. lectiones de *iure Germanico privato* et de *iure mercaturae* indicabit, quum Hamburgo redierit, quo a Serenissimis Principibus missus est, ut concilio interesset, cui legum de iure maritimo ferendarum recognitio commissa est.

3. PRIVATIM DOCENTIUM.

HERMAN. ORTLOFF, D. *privatim* docebit 1) *Ius criminale*, tam commune quam particulare, praesertim quod in codicibus *thuringicis* et *anhaltinis* sancitum est, quotidie hora VII—VIII; 2) *Encyclopaediam et philosophiam iuris*, annexa *methodologia*, quotidie hora X—XI; 3) *Processum criminalem*, tam communem quam particularem, in specie *thuringicum*, ter p. hebd. h. VIII—IX; 4) *Ius privatum* quod praecipue in *rebus georgicis* adhibetur, ter per hebd. hora VIII—IX.

GUIL. LANGENBECK, D. docebit 1) *Encyclopaediam et methodologiam iuris* hora X—XI quater per hebd.; 2) *Ius criminale* tam *commune* quam *particulare* hora IX—X sexies per hebdomadem; 3) *Artem ex actis referendi* hora posthac definienda.

III. ORDINIS MEDICORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

DITERICUS GEO. KIESER, D. *privatim* tradet *Pathologiam* et *Therapiam tam generalem quam specialem morborum psychicorum*, ad librum suum: *Elemente der Psychiatrik, Bonn* 1855, coniunctam cum *Exercitationibus psychiatrico-forensibus*, ternis per hebd. diebus hora XII—I.

F. RIED, D. *privatim* 1) *Scholas chirurgicas et ophthalmiatricas* in nosocomio Magniducali quotidie hora X—XI moderabitur; 2) *Chirurgiam practicam* (Akologiam, Akiurgiam et Desmologiam) quotidie hora VIII—IX docebit; 3) *Cursum operationum in cadaveribus* instituendarum moderabitur. *Publice* selectas *chirurgiae partes* tractabit.

M. I. SCHLEIDEN, D. tradet 1) *privatim Botanicen* quinquies per hebd. h. IX—X. 2) *Notitiam plantarum usui medico-pharmaceutico inservientium* secundum ordines naturales plantarum quinquies per hebd. hora X—XI. *Publice Excursiones* in agro Ienensi et *demonstrationes* in horto Magniducali botanico moderabitur. 4) *Privatissime* scholas *phytotomicas* offert.

RUD. LEUBUSCHER, D., h. t. Decanus, *privatim* indicat 1) *Pathologiae et therapiae generalis et specialis partem primam* quotidie hor. X—XI. 2) *Clinicen* et *policlinicen medicam* more solito quotidie hora XI—XII in nosocomio Magniduc.

CAROLUS GEGENBAUR, D. tradet *privatim* 1) Corporis humani *Osteologiam* et *Syndesmologiam* ter per hebd. hora XI—XII; 2) *Anatomiam comparatam* quinquies per hebd. hora IX—X; 3) *Exercitationes histiologicas* habebit bis per hebd. hora posthac indicanda.

XAVER. SCHOEMAN, D. *privatim* docebit 1) *Psychiatriam* cum demonstrationibus psychiatrico-clinicis in nosocomio Magniducali coniunctam quater per hebd. horis adhuc definiendis; 2) *Pharmacologiam* secundum librum suum: *Lehrbuch der Arzneimittellehre, 2. Aufl. Jena* 1857, quotidie hora VIII—IX; *publice* 3) *Formulare* secundum librum suum: *Lehrbuch der Receptirkunst für Aerzte, 2. Aufl., Jena* 1856, hora posthac indicanda.

2. PROFESSORIS EXTRAORDINARII.

B. SCHULTZE, D. 1) *Scholas clinicas gynaecologicas et obstetricias, stationarias* in Lechodochio Magniducali, nec non *ambulatorias* moderabitur quotidie hora XII—I *privatim*; 2) *de Operationibus obstetriciis* disseret, *exercitationesque* instituet bis per hebd. *privatim;* 3) *de Morbis ovarii* tradet semel per hebd. *publice*; 4) Cursus breves *operationum obstetriciarum* offert *privatissime* instituendos.

3. PRIVATIM DOCENTIUM.

HENRICUS SUCKOW, D. offert *Repetitoria* de variis medicinae disciplinis.

L. SCHILLBACH, D. docebit 1) *Pathologiam* et *therapiam morborum mechanico-chirurgicorum: Fractur., Luxat., Herniar., Vulnerum* et *Curvaturarum*, quinis diebus hor. mat. VI—VII *privatim;* 2) *Desmologiam* cum *exercitationibus fascias corpori applicandi* binis diebus hor. mat. VII—VIII *privatim;* 3) *Repetitorium de chirurgia, privatissime* habebit; 4) *Cursum ophthalmoscopicum, privatissime.*

F. SIEBERT, D. tradet *privatim* 1) *Anatomiam pathologicam* (part. general.) quater per hebd. hor. VII—VIII matut.; *privatissime* 2) *Examinatorium et Repetitorium de Anatom. patholog. special.* coniunctum cum *exercitationibus microscopicis* habebit.

IV. ORDINIS PHILOSOPHORUM

1. PROFESSORUM ORDINARIORUM.

CAR. GUIL. GOETTLING, D. *privatim* docebit 1) *Antiquitates Graecorum publicas* quater p. hebd. hor. IX; 2) *Archaeologiam artium architectonicae, sculptoriae et pictoriae* quater p. hebd. hor. III. Seminarium philologorum moderabitur hor. V.

FRID. TH. SCHULZE, D. *privatim Oeconomiam politicam (Finanzwissenschaft und Gewerbspolizei)* hora IX quaternis diebus exponet; *privatissime* vero in schola georgica: 1) *Agriculturam* hora XI; 2) *praediorum aestimationem* horis adhuc definiendis docebit, et 3) *Exercitia ad agriculturam discendam pertinentia* moderari perget.

CAROLUS SNELL, D. tradet 1) *Mechanicam analyticam* quinquies p. hebd. hora XI *privatim*; 2) *Theoriam caloris mechanico effectui aequivalentis* bis per hebd. hora XII *privatim*; 3) *Notionem quantitatum imaginariarum in Geometria* bis per hebd. *publice* hora posthac definienda.

IO. GUST. STICKEL, D. *privatim* 1) *Psalmos* interpretabitur hora VII—VIII, *publice* 2) *Linguam Chaldaeam* addita selectorum capitum *Danielis* explicatione bis docebit per hebd., 3) lectiones *scriptorum Arabicorum* continuabit et 4) *Seminarium suum Orientale* moderari perget.

IO. GUST. DROYSEN, D. *privatim* 1) *historiam aevi recentioris* inde ab exeunte saeculo XV quinis p. h. lectionibus (IV—V) enarrabit; 2) *encyclopaediam historicam* quaternis p. hebd. lectionibus docebit. *Exercitationes historicas* continuabit.

CAROLUS NIPPERDEY, D. *privatim* 1) *Syntaxin linguae Latinae* exponet, quaternis diebus, hor. XI; 2) *Horatii satiras* interpretabitur, ternis diebus, h. XII; *publice* 3) *Exercitationes seminarii philologici* moderabitur, binis diebus, h. V.

CAR. GOTTH. LEHMANN, D. *Chemiam anorganicam* senis dd. h. VIII mat. docebit *privatim*; *Chemiam physiologicam* quat. dd. hor. II *privatim; Exercitationes in experimentis chemicis et chemico-physiologicis* quinis dd. inde ab h. IX matut. ad XII et ab h. II ad V moderabitur *privatissime.*

E. E. SCHMID, D. docebit *privatim* 1) *Mineralogiam universalem* quinquies per hebd. h. XII—I; 2) *Crystallographiam* ter p. hebd. h. V—VI p. m.; *publice* 3) *Geognosiam thuringicam* coniunctam cum *excursionibus* semel per hebd. hora XII—I; *privatissime* 4) *Exercitationes crystallographico- et chemico-mineralogicas* moderari perget.

ERNESTUS FRIDERICUS APELT, D. *privatim* tradet 1) *Psychologiam et Logicam* quater per hebd. hora III—IV; 2) *Conversatorium philosophicum* solito more moderari perget.

CUNO FISCHER, D., h. t. Decanus, *privatim Logicam et Metaphysicam* duce libro suo (*Logik und Metaphysik oder Wissenschaftslehre, Mannheim, Bassermann)* docebit, quater per hebd. dd. Mart., Merc., Iov., Ven. hora antemerid. VII.

CAR. HERM. SCHEIDLER, D. tradet *publice Hodegeticam*, duce libro suo: „*Grundlinien der Hodegetik oder Methodik des akad. Studiums und Lebens. 3. Aufl., Jena* 1847, *b. Cröker*,“ hor. adhuc defin.; *privatim* 1) *Historiam universitatum germanicarum* (inprimis acad. Ienensis) et *vitae academicae* uti vocatur, adhib. lib. s. in luc. mox prodit. „*Jenaische Blätter für Geschichte u. Reform des deutschen Universitätswesens, insbes. des Studentenlebens. Jena* 1859 *b. Mauke*“, bis p. h. hor. adh. def.; 2) *Ius naturae* ter p. hebd. h. X—XI adh. libb. ss. „*Ueber die verschiedenen Ansichten des Naturrechts. Jena b. Mauke*,“ „*Propädeutik d. pract. Philos., Jena* 1851 *b. Brau*“ et „*Deutscher Juristenspiegel, Jena* 1842 *b. Cröker*“; 3) *Politiam sodalitatis* s. *Politicam* societatis civilis s. str. et *culturae*, uti vocatur *(Social- und Culturpolitik, Gesellschaftswissenschaft)* ter p. hebd. hor. VIII—IX.

GUSTAV. SUCKOW, D. *publice excursiones* et *itinera* instituet ad cognoscendam variarum terrarum compagem geognosticam et transformationem; *privatim* 1) *Mineralogiam et Geognosiam generalem* quinquies per hebd. hora VII—VIII exponet; 2) *Technologiam mechanicam et chemicam* quater per hebd. hor. X—XI una cum demonstrationibus et in opificum officinis et in laboratorio suo instituendis tradet.

GUST. EDUARD. FISCHER, D. *privatim* docebit 1) *Oeconomiam nationalem* quinis diebus hora II; 2) *Doctrinam de Politia s. l. (Polizeiwissenschaft i. w. S.)* quinquies per hebd. hora V. Exercitationes *seminarii politici* die Martis hh. vesp. VI—VIII moderari perget.

CAROLUS VOLKMAR STOY, D. *privatim* exponet de *paedagogicae encyclopaedia et literis* bis p. hebd. hor. V—VI; *Seminarii paedagogici exercitationes* solito more moderabitur ter per hebd.

AUGUSTUS SCHLEICHER, D. *privatim* 1) *Historiam litterarum germanicarum antiquiorum* enarrabit, ter per hebd. hora X; 2) *Morphologiam linguarum generalem* docebit, binis diebus hor. X. 3) *Exercitationes grammaticas* moderabitur *privatissime sed gratis* h. posthac def.

2. PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

LUD. SCHRÖN, D. *privatim* 1) *Astronomiam popularem* apparatum speculae astronomicae Magniducalis adhibiturus, quaternis diebus hora III—IV; *privatissime* 2) *Geometriam practicam* quaternis diebus hora I—II cum exercitationibus ope instrumentorum observatorii Magniducalis atque suorum foris instituendis et 3) *Astronomiae practicae partem theoreticam* vel usus instrumentorum speculae astronomicae Magniducalis atque reductionem (quae dicitur) theoriam ter p. hebd. hora IX—X docebit.

CHRIST. ED. LANGETHAL, D. *privatissime* 1) *Botanicen oeconomicam et Physiologiam plantarum* sexies per hebd. hora VII—VIII; 2) *Doctrinam de agrorum pratorumque natura* h. V—VII scholae georgicae sodalibus tradet; *publice* 3) *Historiam oeconomiae* inde ab anno 800 hora XI—XII enarrabit et *Excursiones* in agro Ienensi instituet.

GUIL. FR. WILIBALD. ARTUS, D. docebit *privatim* 1) *Chemiam generalem* hora VIII—IX; 2) *Materiam medicam praecipue partem chemicam, pharmaceuticam et pharmacognosticam* una cum *arte formulas medicas concinnandi* et *inprimis praeparandi* hora III—IV; 3) *Technologiam chemicam* horis commilitonibus commodis; 4) *privatissime Exercitationes chemicas et technicas* in laboratorio suo moderari perget.

CAROLUS FORTLAGE, D. *publice Systemata philosophorum a Kantio inde* exponet dd. Mart. et Ven. h. V; *privatim Psychologiam et Logicam* docebit quater per hebd. hora III.

IO. ERNEST. LUD. FALKE, D. *privatim Pathologiam* et *Therapiam animalium domest.* cum *Medicina veterinaria publ.* coniunctas, duce libro suo: *Staatsthierarzneikunde, 2. Aufl., Leipzig* 1854; in schola georgica item *Pathologiam et Therapiam anim. dom. specialem* atque *Hippologiam* horis VIII—IX et X—XI docebit.

HERMANNUS LUDWIG, D. *privatim* tradet 1) *Chemiam forensem*, bis per hebd. diebus Veneris et Saturni hor. XI—XII; 2) *Scholas chemicas practicas* hora VIII—XII (nec non horis pomeridianis) in laboratorio chemico instituti chemico-pharmaceutici quotidie moderabitur; *privatissime* in instituto chemico-pharmaceutico docebit 3) *Phytochemiae* part. alteram una cum *Pharmacognosia chemica* quater per hebd. diebus Lunae, Martis, Mercurii et Iovis hora XI—XII; 4) *Zoochemiam*, diebus Lunae, Mercurii et Iovis hora II—III; 5) *Exercitationes analytico-chemicas* et *chemico-pharmaceuticas* in laboratorio chemico instituti pharmaceutici diebus Martis et Veneris hor. II—IV vel V moderari perget; 6) *Examinatorium chemico-pharmaceuticum* die Mercurii hora IV—V. Conventus *societatis pharmaceutico-physicae Ienensis* die Lunae agentur.

C. I. P. HERM. SCHAEFFER, D. docebit *privatim* 1) *Calculum differentialem et integralem* sexies per hebd. hora X—XI; 2) *Analyticam geometriam* quater per hebd. hora III—IV; 3) de *Historia et constructione machinarum vi vaporis motarum* diebus Martis et Iovis hora XII—I disseret; *privatissime* sed *gratis* 4) *Exercitationes mathematicas* hora posthac definienda moderabitur.

MAURICIUS SCHMIDT, D. *privatim* 1) *Encyclopaediam et methodologiam philologicarum disciplinarum* tradet quinquies h. VIII—IX; 2) *Praefatus de Thucydidis vita librum I* interpretabitur bis per h., diebus Merc. et Saturn. h. XI—XII.

CONSTANTINUS ROESSLER, D. 1) *privatim Philosophiam iuris* sive *ius naturae* docebit quater per hebdomadem, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iovis

hora XI—XII; 2) *privatim Psychologiam* tradet quater per hebdomadem, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iovis h. VII—VIII.

3. PRIVATIM DOCENTIUM.

ALEXANDER SCHNETGER, D. *Historiam litteraturae germanicae recentioris temporis* quater h. V—VI *privatim* exponet.

GUILELMUS ROSSMANN, D. 1) *privatim* diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora V—VI *Historiam Iudaeorum* addita *Archaeologia biblica* et *Geographia sacra* tradet; 2) *gratis* diebus Mercur. et Saturn. hora XII—I *de Luthero reformatore* disseret.

ED. REICHARDT, D. docebit *privatissime* 1) in schola georgica *Chemiae generalis fundamenta* ter per hebd. hora VIII—IX, *Chemiam technologicam* bis per hebd. hor. III—IV; 2) in schola pharmaceutica *Chemiae analyticae* partem priorem bis per hebd. hora XI—XII; 3) *Exercitationes chemicas* in laboratorio scholae georgicae moderabitur.

BERNHARDUS ERDMANNSDÖRFFER, D. *historiam Romanam usque ad Augusti aetatem* diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris, hor. III—IV *privatim* enarrabit.

FRIDERICUS KLOPFLEISCH, D. *gratis* docebit binis diebus, Lunae et Iovis, hora V—VI *Historiam artium Germanicarum antiquiorem*, quacum *excursiones archaeologicas* die Saturni coniuncturus est.

ARTIUM LIBERALIUM DISCENDARUM OPPORTUNITAS.

Philippus Fridericus Iustus Sieber, hippodromi magniducalis magister, artem equitandi per aestatem diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris horis matutinis VI—XII, postmeridianis V—VII, per hibernum semestre horis matutinis VIII—XII et postmeridianis II—IV tradet.

Armorum tractandorum artem publica auctoritate docebit *Frid. Aug. Guil. Ludov. Roux.*

Artem quaecumque corpora et oleatis et aquaticis et siccis pigmentis, atque in primis in medicinae studiosorum utilitatem, res anatomicas, physiologicas et pathologicas ad naturam delineandi pingendique docebit D. *Ernestus Schenk*, picturae linearis magister publice constitutus. Artem pingendi etiam *Fridericus Ries* tradet.

Qui sonorum studiis nervorumque cantu delectantur, hasque artes perdiscere cupiunt, iis operam suam spondet *Guilielm. Stade*, academic. symphoniarum praefectus.

Georg. Franc. Adolph. Besemann artem docebit instrumenta anatomica et chirurgica fabricandi.

Ioannes Fridericus Braunau officia sua offert iis, qui instrumenta physica construendi artem addiscere cupiunt; nec minus lentium vitrearum opticarum elaborationem, earumque coniunctionem docebit.

Albert. de Obstfelder artem saltandi docebit.

Joh. Gottfr. Wiessner, geometra publicus, artem tabulas gromaticas adumbrandi (*Plan- und Situationszeichnung*) docebit.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica libros petentibus in usus domesticos quotidie patet hora XI—XII et hora I—II diebb. Mercurii et Saturni.

Hortus botanicus Magniducalis quolibet septimanae die apertus est litterarum studiosis.

Laboratorium chemicum instituti chemico-pharmaceutici, qui visere volet, huic instituto praefectum adibit. *Collectionum rerum* et *librorum* ad studium pharmacognosiae, pharmaciae atque chemiae spectantium instituti chemico-pharmaceutici sodalibus h. l. q. consuetis potestas facta est.

Museum mineralogico-zoologicum Magniducale, item *Speculam astronomicam Magniducalem* et *Museum anatomicum* qui visere volet, his institutis praefectos adibit.

Museum archaeologicum quovis Mercurii die h. XI—I visentibus aperitur.

Museum numorum orientalium Magniducale hora visentibus commoda aperitur.

Typis Ratii.

Theologicae.	*Philosophicae.*
Iesaiam D. *Hoffmann.* Psalmos D. *Stickel.*	Logic. et Metaphys. D. *Cuno Fischer.* Mineral. et geognos. gen. D. *Suckow.* Botan. oecon. et physiol. plant. D. *Langethal.* Psychol. D. *Rössler.*
Epp. ad Galat. et Corinth. D. *Rückert.* Evv. Matth. Marc. Luc. D. *Grimm.* Ev. Ioann. D. *Vogel.*	Chem. anorgan. D. *Lehmann.* Politiam sodalit. et cult. D. *Scheidler.* Chem. general. D. *Artus.* Pathol. et therap. animal. dom. spec. D. *Falke.* Schol. chem.-pract. D. *Ludwig.* Encycl. et meth. philol. D. *Schmidt.* Chem. general. ter D. *Reichardt.*
Ethicen D. *Rückert.* Encycl. et method. D. *Grimm.* Isagog. in N. T. D. *Hilgenfeld.*	Antiqq. graec. D. *Göttling.* Oecon. politic. D. *Schulze.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Astron. pract. D. *Schrön.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.*
Hist. eccles. p. I D. *Hase.* Hist. eccles. aev. med. D. *Vogel.*	Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Ius nat. D. *Scheidler.* Technol. mech. et chem. D. *Suckow.* Hist. germ. litt. antiq. ter D. *Schleicher.* Morphol. ling. gen. ter D. *Schleicher.* Hippolog. D. *Falke.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* Calcul. differ. D. *Schäffer.*
Introd. in Vet. Test. D. *Hoffmann.* Art. catech. et theol. past. ter D. *Schwarz.* Exeges. pract. bis D. *Schwarz.* Sem. catech. d. Sat. D. *Schwarz.*	Agricultur. D. *Schulze.* Mechan. analyt. D. *Snell.* Syntax. lat. D. *Nipperdey.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Hist. oecon. D. *Langethal.* Chem. forens. bis D. *Ludwig.* Phytochem. et pharmacogn. chem. D. *Ludwig.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* Thucyd. bis D. *Schmidt.* Philos. iur. D. *Rössler.* Chem. ànalyt. p. I bis D. *Reichardt.*
Sem. homil. d. Merc. D. *Schwarz.* Hist. dogm. D. *Hilgenfeld.*	Theor. calor. etc. bis D. *Snell.* Horat. Satir. ter D. *Nipperdey.* Mineral. univ. D. *Schmid.* Geognos. thuring. semel D. *Schmid.* Hist. et constr. mach. vi vap. mot. bis D. *Schäffer.* De Luthero ref. bis D. *Rossmann.*
	Geometr. pract. D. *Schrön.*
Evv. Matth. Marc. Luc. bis D. *Grimm.*	Chem. physiol. D. *Lehmann.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Oecon. national. D. *Gust. Fischer.* Zoochem. ter D. *Ludwig.* Exercc. anal.-chem. et chem.-pharm. D. *Ludwig.*

SCHOLAE ORDINE CHRONOLOGICO DESCRIPTAE

Hora	*Theologicae.*	*Iuridicae.*	*Medicae.*	*Philosophicae.*
Hora VI — VII.			Path. et therap. morb. chir. D. *Schillbach.*	
Hora VII — VIII.	Iesaiam D. *Hoffmann.* Psalmos D. *Stickel.*	Ius crimin. D. *Ortloff.*	Anat. pathol. D. *Siebert.* Desmol. D. *Schillbach.*	Logic. et Metaphys. D. *Cuno Fischer.* Mineral. et geognos. gen. D. *Suckow.* Botan. oecon. et physiol. plant. D. *Langethal.* Psychol. D. *Rössler.*
Hora VIII — IX.	Epp. ad Galat. et Corinth. D. *Rückert.* Evv. Matth. Marc. Luc. D. *Grimm.* Ev. Ioann. D. *Vogel.*	Ius germ. priv. D. *Michelsen.* Ius pandect. D. *Danz.* Ius crimin. D. *Schüler.* Process. crimin. ter D. *Ortloff.* Ius privat. georg. ter D. *Ortloff.*	Chirurg. pract. D. *Ried.* Pharmacol. D. *Schöman.*	Chem. anorgan. D. *Lehmann.* Politiam sodalit. et cult. D. *Scheidler.* Chem. general. D. *Artus.* Pathol. et therap. animal. dom. spec. D. *Falke.* Schol. chem.-pract. D. *Ludwig.* Encycl. et meth. philol. D. *Schmidt.* Chem. general. ter D. *Reichardt.*
Hora IX — X.	Ethicen D. *Rückert.* Encycl. et method. D. *Grimm.* Isagog. in N. T. D. *Hilgenfeld.*	Hist. iur. rom. D. *Danz.* Ius crimin. D. *Luden.* Ius crimin. D. *Langenbeck.*	Botanic. D. *Schleiden.* Anatom. compar. D. *Gegenbaur.*	Antiqq. graec. D. *Göttling.* Oecon. politic. D. *Schulze.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Astron. pract. D. *Schrön.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.*
Hora X — XI.	Hist. eccles. p. I D. *Hase.* Hist. eccles. aev. med. D. *Vogel.*	Ius gentium ter D. *Michelsen.* Ius feudale bis D. *Michelsen.* Exercc. pandect. bis D. *Leist.* Encycl., philos., method. iur. D. *Ortloff.* Encycl. et method. iur. D. *Langenbeck.*	Schol. clin. chirurg. D. *Ried.* Botan. med.-pharm. D. *Schleiden.* Pathol. et therap. p. I D. *Leubuscher.*	Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Ius nat. D. *Scheidler.* Technol. mech. et chem. D. *Suckow.* Hist. germ. litt. antiq. ter D. *Schleicher.* Morphol. ling. gen. ter D. *Schleicher.* Hippolog. D. *Falke.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* Calcul. differ. D. *Schäffer.*
Hora XI — XII.	Introd. in Vet. Test. D. *Hoffmann.* Art. catech. et theol. past. ter D. *Schwarz.* Exeges. pract. bis D. *Schwarz.* Sem. catech. d. Sat. D. *Schwarz.*	Process. civ. germ. D. *Guyet.* Ius pandect. D. *Danz.* Institt. iur. D. *Leist.*	Clin. medic. D. *Leubuscher.* Osteol. et syndesmol. D. *Gegenbaur.*	Agricultur. D. *Schulze.* Mechan. analyt. D. *Snell.* Syntax. lat. D. *Nipperdey.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Hist. oecon. D. *Langethal.* Chem. forens. bis D. *Ludwig.* Phytochem. et pharmacogn. chem. D. *Ludwig.* Schol. chem. pract. D. *Ludwig.* Thucyd. bis D. *Schmidt.* Philos. iur. D. *Rössler.* Chem. analyt. p. I bis D. *Reichardt.*
Hora XII — I.	Sem. homil. d. Merc. D. *Schwarz.* Hist. dogm. D. *Hilgenfeld.*	Process. civ. germ. bis D. *Guyet.* Exercc. process. ter D. *Guyet.*	Morb. psych. D. *Kieser.* Schol. clin. gynaec. et obstetr. D. *Schultze.*	Theor. calor. etc. bis D. *Snell.* Horat. Satir. ter D. *Nipperdey.* Mineral. univ. D. *Schmid.* Geognos. thuring. semel D. *Schmid.* Hist. et constr. mach. vi vap. mot. bis D. *Schäffer.* De Luthero ref. bis D. *Rossmann.*
Hora I — II.				Geometr. pract. D. *Schrön.*
Hora II — III.	Evv. Matth. Marc. Luc. bis D. *Grimm.*	Ius sax. D. *Heimbach.*		Chem. physiol. D. *Lehmann.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Oecon. national. D. *Gust. Fischer.* Zoochem. ter D. *Ludwig.* Exercc. anal.-chem. et chem.-pharm. D. *Ludwig.*

Hora	Theologicae.	Iuridicae.	Medicae.	Philosophicae.
Hora III — IV.				Archaeol. D. *Göttling.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Psychol. et Logic. D. *Apelt.* Astron. popular. D. *Schrön.* Mater. med. etc. D. *Artus.* Psychol. et Logic. D. *Fortlage.* Exercc. analyt.-chem. et ch. pharm. D. *Ludwig.* Analyt. geometr. D. *Schäffer.* Chem. technol. bis D. *Reichardt.* Hist. Rom. D. *Erdmannsdörffer.*
Hora IV — V.				Hist. aevi recentior. D. *Droysen.* Exercc. chem. et chem.-physiol. D. *Lehmann.* Exercc. anal.-chem. et chem.-pharm. D. *Ludwig.* Exam. chem.-pharm. d. Merc. D. *Ludwig.*
Hora V — VI.				Semin. philol. D. *Göttling* et D. *Nipperdey.* Crystallogr. D. *Schmid.* Politiam D. *Gust. Fischer.* Paedagog. encycl. et hist. D. *Stoy.* De agr. et prat. nat. D. *Langethal.* Hist. philos. a Kant. D. *Fortlage.* Hist. litt. germ. recent. D. *Schnetger.* Hist. Iud. c. arch. et geogr. bibl. D. *Rossmann.* Hist. artt, german. bis D. *Klopfleisch.*
Hora VI — VII.				Semin. polit. d. Mart. D. *Gust. Fischer.* De agr. et prat. nat. D. *Langethal.*
Hora VII — VIII.				Sem. polit. d. Mart. D. *Gust. Fischer.*
Hora VIII — X.	Sem. theol. d. Iov. D. *Hafe.*			
Horis posthac indicandis.	Sem. theol. D. *Hoffmann* et D. *Rückert.* Exercc. exeg.-homil. D. *Vogel.*	Semin. polit. D. *Michelsen.* Ius germ. priv. D. *de Hahn.* Ius mercat. D. *de Hahn.* Art. ex actis refer. D. *Langenbeck.*	Chir. cap. sel. D. *Ried.* Operatt. in cadav. D. *Ried.* Excurss. et demonstr. botan. D. *Schleiden.* Schol. phytotom. D. *Schleiden.* Exercc. histiol. D. *Gegenbaur.* Psychiatr. c. exercc. D. *Schöman.* Formulare D. *Schöman.* Operatt. obstetr. bis D. *Schultze.* Morb. ovarii D. *Schultze.* Curs. operatt. obstetr. D. *Schultze.* Repet. med. D. *Suckow.* Repetit. chirurg. D. *Schillbach.* Curs. ophthalmosc. D. *Schillbach.* Exam. de anat. path. c. exercc. microsc. D. *Siebert.*	Praedior. aestim. D. *Schulze.* Exercc. ad agric. sp. D. *Schulze.* De quant. imag. in geometr. bis D. *Snell.* Ling. chald. c. Daniel. expl. D. *Stickel.* Scriptt. arab. D. *Stickel.* Sem. orient. D. *Stickel.* Encycl. hist. D. *Droysen.* Exercc. hist. D. *Droysen.* Exercc. crystall. et chem.-min. D. *Schmid.* Conversat. philos. D. *Apelt.* Hodeget. D. *Scheidler.* Hist. univers. germ. D. *Scheidler.* Excurss. geognost. D. *Suckow.* Sem. paedag. D. *Stoy.* Exercc. gramm. D. *Schleicher.* Excurss. botan. D. *Langethal.* Technol. chem. D. *Artus.* Exercc. chem. et techn. D. *Artus.* Path. et ther. an. dom. c. med. vet. publ. D. *Falke.* Societ. pharm.-phys. d. Lun. D. *Ludwig.* Exercc. math. D. *Schäffer.* Exercc. chem. D. *Reichardt.* Excurss. archaeol. d. Sat. D. *Klopfleisch.*